Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Delineatio pandectarum - Cod. Ettenheim-Münster 76

[S.l.], [18. Jahrh.]

Liber 46

urn:nbn:de:bsz:31-108646

Visual Library

Stipulanti in solidum ea mente promiserent, ut singuli in solidum, unam tamen rem omnes debeant, Wid. h. Lib. 45.

129

Q. 4 Positne solutio in solidum uni ex reis stipulandi seu credendi fieri? et R. Uni ex reis stipulandi ~~fieri~~ debitum solvi potest, et omnis dissolvitur obligatio, si solidum sit solutum §. 1. inst. h. ~~fine~~

Q. 5. An vicissim solutio peti possit ab uno ex correis promittendi, seu debendi? R. affirm. ita tamen ut si conveniatur, habeat, si velit beneficium divisionis, Nov. 99. c. 1. l. 11. ff. h. ut solvat tantum ratam, nisi Correi sint non solvendo, vel absentes, vel partes renuntiaverint beneficio divisionis

Q. 6. Quid si unus ~~solid~~ totum solverit? R. Reliqui quidem liberabuntur, §. 1. l. 1. et 3. ff. h. sed tamen actionem habet negotiorum gestorum vel aget cessa actione, si sibi creditor cesserit eam.

Tit. 3

De Stipulatione servorum

Hic titulus omitti potest.

Lib. 46.

Liber 46.

Tit. 1.

De fidejussoribus et mandatoribus

De fidejussoribus specialiter titulo ~~diximus~~ agitur in inst. l. 3. t. 21. et diximus ~~tum~~ in l. 3. decretal. tit. 220. Superest, ut brevissime de mandatoribus quidpiam dicamus. igitur

Q. 1. Quid sit mandator? R. Mandatores dicuntur sunt, qui alicui autores sunt, mandantque ut pecuniam v. g. det mutuo, vel aut ut tempus solutionis proroget, l. si vero, §. si post ff. ~~de~~ mandati.

Lib. 46. Q. 2. Quomodo differat a fidejussore? R. in hoc ~~p~~, quod ille partim obligationem praecedat, fidejussor autem partim plerumque eam sequatur. De caetero mandatores similes sunt fidejussoribus.

Tit. 2.

Q. De novationibus et delegationibus.

Q. 1. Quibus modis tollatur obligatio? R. Sunt varii, aut enim est novatio, aut solutio, aut acceptilatio, aut contraria voluntas, similesque alii actus.

Q. 2. Quid sit novatio? R. Novatio in specie sumpta est prioris debiti in aliam obligationem manente eodem debitore et creditore translatio; quidam existimant adhuc stricte novationem esse dici debere, non vero ~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~ delegationem, licet una persona debitoris scil: mutetur.

Q. 3. Quotuplex sit novatio? R. Duplex voluntaria una, necessaria altera; voluntaria fit et per stipulationem vel conventionem. ~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~ necessaria vero fit per judicium sive litis contestationem, l. 29. ff. h.

Caio 100 quae mihi debes ex vendito promittis, ne eos ex mutuo soluturum

Dices, non videtur quod fiat novatio per litis contestationem, quia per eam non tollitur, sed firmatur tantum prior obligatio, l. 28. ff. h.

R. equidem litis contestatio obligationis essentiam non tollit, facit tamen aliquam mutationem, eo quod per eam obligatio, quae erat tempore peritura, ~~fit p~~ fiat perpetua, et quae morte periisset, transeat ad heredes, l. un. C. ex ex delict. defunct. l. 87. de R. J.

Q. 4. Quis sit effectus novationis? R. is est, quod pristina sublata obligatione nova inducatur consequenter accessoria prioris obligationis tollantur veluti pignora, fidejussores &c: nisi sint repetita, l. 18. ff. h. ... Id intellige de voluntaria non necessaria novatione, in qua nec pignora nec fide-

y tolluntur.
jussores „Ratio, quia actor, per eam nunquã facit conditionem suã deteriorem sed meliorẽ. l. 86. l. 87. de R. J.

~~2. 5. Debeat~~

2. 5. Debeatne exprimi animus novandi.? R. affirm. alioqui si expressis verbis in stipulatione vel conventione talis animus novandi non exhibetur, nulla erit novatio, sed manebit pristina obligatio, et ~~secunda tantũ ei adaccedit~~ per secundam tamen magis aucta ~~l. ult. C. h.~~

l. ult. C. h.

2. 6. Quid sit delegatio.? R. delegatio est, cum debitor alteri mandat, ut vice sua promittat creditori et pro eo solvat, ~~l. 11~~ l. 11. ff. h. proinde ad hunc delegationis actum celebrandum duo requiruntur contractus, primus quidem est contractus mandati, qui cum delegante et delegato intercedit, alter est stipulatio, qua creditor stipulatur à delegato solutionem; in exemplo: Ego sum Cajo obligatus ad ducentos aureos, et vice versa Marius mihi ad alios ducentos, nunc Marium Cajo creditori meo delego, ut loco mei solutionẽ praestet, si iam meus, Caji, et Marii consensus accedat, delegatio erit.

2. 7. Quis sit effectus delegationis.? R. perfecta delegatione extinguitur tum vetus obligatio, ea scil: quae antea fuerat inter delegantem et delegatum l. 2. l. 3. C. h., tum quae est inter delegantem et ejus creditorem, et plane novus inter alias personas initur contractus et obligatio

Tit 3.

De Solutionibus ac liberationibus

De hoc titulo dicemus. l. 3. decret. t. 23.

Tit 4.

De acceptilationibus

2. 1. Quid sit acceptilatio.? R. est solutio imaginaria, cum quod debetur, acceptum fertur, ac si verè

Lib. 46.

130

Lib. 46.

solutum esset, § 1. inst. quib. mod. toll., vel ut ait Struvius h. Est liberatio civilis aut solutio imaginaria, quæ fit, quando creditor ad interrogationem debitoris, num acceptu habeat debitu, responsione sua ei remittit, l. 1. ff. h.

Cæterum acceptilationem hanc quatenus nempe à pacto de non petendo differt, ad subtilitates romanas pertinere omnes hodie fatentur, vid. Bejer. h.

Tit. 5
De Prætoriis Stipulationibus

Usus Prætoriarum stipulationum ~~usus~~ quas videlicet prætor interponit, vel quæ sunt ex edicto ejus hodie parum prosunt ait hic Bejer. imo Beckman vult hunc titulum omnino esse omittendum.

N. Hic 3. tituli sunt omissi ~~...~~ quos in seq. pagina invenies ~~...~~

Liber 47

Lib. 47.

Tit. 1
De privatis delictis

Q. 1. Delictum quomodo distinguatur?

R. Aliud est publicum, aliud non publicum. De publico infra agitur. Non publicum est aut privatum, aut populare.

Q. 2. Quod est privatum? R. ad cujus pœnam tantum læsus agit, non alius; est autem vel ordinarium vel extraordinarium.

Q. 3. Quæ species sint ordinarii delicti? R. furtum, rapina, damnum injuria datum, injuria, pr. inst. de oblig. ex delict.

Q. 4. Quæ sint communia in privatis delictis?

R. 1. quod læsi tantum agant. 2do quod actiones pœnales pecuniariæ non dentur contra heredes, nisi lite contestata, vel quatenus ad heredes pervenit. 3. Quod non desideretur inscriptio, nisi criminaliter agatur, l. fin. § h. est autem inscriptio obligatio scripta, quâ actor se obli-